



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8. Vtrum sit solum a ieiunis sumendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

anguinem fluere absque peccato, ita & semen quod est superfluitas sanguinis, secundum Philosophum. Quod quoque est cum peccato, puta cum provenit ex superfluitate cibi vel potus, & hoc etiam potest esse peccatum veniale vel mortale, licet frequentius peccatum mortale accidit circa turpes cogitationes propter facilitatem consensus, quam circa sumptionem cibi & potus. Unde & Gregorius scribens Augustino Anglorum episcopo dicit, cessandum esse a communione, quando ex turpibus cogitationibus provenit, non autem quando provenit ex superfluitate cibi vel potus, praesertim si necessitas adsit. sic igitur, ex causa pollutionis considerari potest, utrum nocturna pollutio impediat ex necessitate sumptionem huius sacramenti, si ex quadam vero congruentia impedit quantum ad duo, quorum unum semper accidit, scilicet quadam feditas corporalis, cum qua propter reverentiam sacramenti, non decet ad altare accedere (unde & volentes tangere aliquod sacrum, manus lavant) nisi forte talis immunditia sit perpetua vel diuturna, sicut est lepra, vel fluxus sanguinis, vel aliquid huiusmodi: aliud autem est euagatio mentis, quae sequitur pollutionem nocturnam, praecipue quando cum turpi imaginatione contingit. Hoc tamen impedimentum, quod ex congruitate provenit, postponi debet propter aliquam necessitatem, puta ut Gregorius dicit, cum fortasse aut festus dies exigat, aut exhibere ministerium pro eo, quod sacerdos alius deest, ipsa necessitas compellit.

Ad primum ergo dicendum, quod ex necessitate quidem non impeditur homo a sumptione huius sacramenti, nisi propter peccatum mortale, sed ex quadam convenientia potest homo impedi propter alias causas, sicut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod coitus coniugalium si sit sine peccato (puta si fiat causa prolis generandae, vel causa reddendi debitum) non alia ratione impedit sumptionem huius sacramenti, nisi sicut dictum est de pollutione nocturna, quae accidit sine peccato, scilicet propter immunditiam corporalem, & mentis distractionem: ratione cuius Hieronymus dicit super Mattheum, si panes propositionis ab his qui uxores tetigerant, comedi non poterant, quanto magis panis, qui de caelo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulo ante vacuere amplexibus, violari atque contingi? non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare carnalibus operibus non debemus, sed quia hoc secundum congruitatem, & non secundum necessitatem est intelligendum, Gregorius dicit, quod talis est suo iudicio relinquendus: si vero non amor percreandae sollicitudo, sed voluptas dominatur in opere, ut ibidem Gregorius subdit, tunc prohiberi debet, ne accedat ad sacramentum.

Ad tertium dicendum, quod sicut Gregorius dicit in epistola supra dicta ad Augustinum Anglorum episcopum, in veteri testamento aliqui pollutum dicebantur figuratim, quod populus novae legis spiritualiter intelligitur. Unde huiusmodi corporales immunditiae, si sunt perpetuae vel diuturnae, non impediunt sumptionem huius sacramenti salutaris, sicut impediiebant accessum ad sacramenta figurata: si vero cito transierint (sicut immunditia pollutionis nocturnae) ex quadam congruentia impediunt sumptionem huius sacramenti per illum diem, quo hoc accidit. unde & Deuteronomio 23. dicitur: si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra, & non reverteretur priusquam ad vesperam lauetur aqua.

A AD QVARTVM dicendum, quod licet per contritionem, & confessionem auferatur reatus culpae, non tamen auferatur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione consecrata.

Ad quintum dicendum, quod somnium homicidij non inducit corporalem immunditiam, nec etiam tantam distractionem mentis, sicut fornicatio somniata propter delectationis intensiorem: si tamen somnium homicidij proveniat ex causa, quae est peccatum, praesertim mortale, impedit a sumptione huius sacramenti, ratione suae causae.

ARTICVLVS VIII.

Utrum cibus vel potus praesumptus impediatur sumptionem huius sacramenti.

A DOCTAVM sic proceditur. Videtur quod cibus vel potus praesumptus non impediatur sumptionem huius sacramenti. Hoc enim sacramentum est a Domino institutum in cena: sed Dominus postquam cenauit, hoc sacramentum discipulis suis tradidit, sicut patet Luc. 22. & prima Cor. 11. ergo videtur quod etiam post alios cibos assumptos nos debeamus sumere hoc sacramentum.

¶ 2. Praeterea. Prima Cor. 11. dicitur. Cum conuenitis ad manducandum, scilicet corpus Domini, inuicem expectate: si quis autem esurit, domum manducet: & ita videtur quod postquam aliquis domum manducaverit, possit in ecclesia corpus Christi manducare.

¶ 3. Praeterea. In concilio Charthagenensi legitur, & habetur de consecr. dist. 1. * sacramenta altaris non nisi a ieiunio hominibus celebrentur, excepto uno die anniuersario, quo coena Domini celebratur. ergo saltem illa die aliquis potest corpus Christi post alios cibos sumere.

¶ 4. Praeterea. Sumptio aquae vel medicinae, vel alterius cibi, vel potus in minima quantitate, vel reliquiarum cibi in ore manentium, neque ieiunium ecclesiae soluit, neque sobrietatem tollit, quae exigitur ad hoc, quod aliquis reuerenter sumat hoc sacramentum. ergo per praedicta non impeditur aliquis a sumptione huius sacramenti.

¶ 5. Praeterea. Quidam de nocte profunda comedunt aut bibunt, & forte totam noctem in somnum ducentes, de mane percipiunt sacra mysteria nondum plene digesti. Minus autem impeditur sobrietas hominis, si in mane parum comederet. & postea circa nonam sumeret hoc sacramentum, cum etiam sit quandoque maior distantia temporis. ergo videtur quod talis cibi praesumptio non impediatur hominem ab hoc sacramento.

¶ 6. Praeterea. Non minor reuerentia debetur huic sacramento iam sumpto, quam ante sumptionem: sed sumpto sacramento, licet cibum aut potum sumere, ergo & ante sumptionem.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro responsionum ad Ianuarium, placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti, prius in os Christiani corpus dominicum intret, quam ceteri cibi.

RESPON. Dicendum, quod aliquid impedit sumptionem huius sacramenti dupliciter. uno modo secundum se, sicut peccatum mortale, quod habet repugnantiam ad significatum huius sacramenti, ut supra dictum est: alio modo propter prohibitionem ecclesiae: & sic impeditur aliquis a sumptione huius

Tertia S. Thomae. LL sacra

Infr. artic. 9. cor. Et 2. q. 147. art. 4. ad 1. Et 6. dist. 8. c. 1. ar. 2. q. 1. & 2. Et 1. Co. 11. lec. 4.

In conc. 3. Charthagen. can. 29. & habetur de consec. dist. 1. c. 1. sacramenta altaris.

Epist. 118. cap. 6. ante med. co. 2.

art. preced. & art. huius quest.

lib. de ge. pecc. immo. m. d. ca. 18. p. 1. se peccatu. m. d. ca. 18. p. 1. se peccatu. m. d. ca. 18. p. 1. se peccatu.

Deo dicit. Greg. 1. d. 1. c. 1. de pecc. m. d. ca. 18. p. 1. se peccatu.

In art. 2. In art. 2.

Rehi 11. c. 1. de pecc. m. d. ca. 18. p. 1. se peccatu.

Alia 118. cap. 6. ante med. co. 2.

Deo dicit. Greg. 1. d. 1. c. 1. de pecc. m. d. ca. 18. p. 1. se peccatu.

Epist. 118. cap. 6. ante med. co. 2.

art. preced. & art. huius quest.

sacramenti post cibum, & potum assumptū, triplici ratione. Primo quidē sicut Aug. dicit, in honorem huius sacramēti, vt scilicet in os hominis intret, nō dum aliquo cibo vel potu infectum. Secundo, propter significationem, vt scilicet detur intelligi, q̄ Christus (qui est res huius sacramēti) & charitas ei⁹, debet primo fundari in cordibus nostris, secundū illud Matth. 6. Quarite primum regnum Dei. Tertio, propter periculum vomitus & ebrietatis, quā quandoque contingunt ex hoc, q̄ homines inordinate cibis vtuntur, sicut & Apostolus dicit primā Cor. 11. Alius quidē esurit, alius autem ebrius est: ab hac tamen generali regula excipiuntur infirmi: qui statim cōmunicandi sunt, etiam post cibū, si de eorū periculo dubitatur, ne sine communionē decedant: quia necessitas legem non habet. vnde dicitur de consec. d. 2. Presbyter infirmum statim cōmunicet, ne sine communionē moriatur.

Epist. 118. cap. 6. ante med. to. 2.

de consec. dist. 2. capit. Presbyter. Epist. 118. c. 6. in med. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Aug. * in eodem lib. dicit, neque quia post cibos dominus dedit, propterea pransi aut cœnati fratres ad hoc sacramentum accipiendum conuenire debēt, aut mensis suis miscere: sicut faciebāt quos Apostolus arguit & emendat. nāque saluator, quo vehemētius cōmendaret mysteriū illius altitudinē, vltimum hoc voluit infingere cordibus & memorię discipulorum: & ideo non præcepit, quod deinceps tali ordini sumeretur, vt Apostolis, per quos ecclesias disposuitur erat, seruaret hunc * locum.

Alias modū

Ex gl. inter. in. ubi colligitur.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ illud verbū in gl. sic exponitur: si quis esurit, & impatiēs non vult expectare alios, manducet domi cibos suos, id est, pane terreno pascatur, nec post eucharistiam sumat.

In ep. 118. c. 6. ante med. tom. 2.

AD TERTIVM dicendum, quod capitulum illud loquitur secundum consuetudinem aliquando apud aliquos obseruatam, vt in repræsentationem dominicæ cœnæ illo die a non ieiunis corpus Christi sumeretur: sed nunc hoc abrogatum est. nam si cur August. * in libro prædicto dicit: per vniuersum orbē mos iste seruatur, vt scilicet corpus Christi a ieiunis sumatur,

a. 2. q. 147. arti. 6. ad 2. arg.

In cor. arti.

AD QVARTVM dicendum, q̄ (sicut in secunda parte habitū est *) duplex est ieiunium. Primum est ieiunium naturæ: quod importat priuationem cuiuscumque præassumpti per modū cibi vel potus, & tale ieiunium requiritur ad hoc sacramentū propter prædicta. & ideo neque post assumptionē aquæ, vel alterius cibi aut potus, vel etiam medicinæ, in quantumque parua quantitate, licet hoc sacramentum accipere: nec refert vtrū aliquid huiusmodi nutriat vel nō nutriat, aut per se, aut cum alijs, dummodo sumatur per modum cibi vel potus: reliquæ tamē cibi remanentes in ore, si casualiter transglutiātur, nō impediunt sumptionem huius sacramenti: quia non traiciuntur per modum cibi, sed per modū saluæ, & eadē ratio est de reliquijs aquæ vel vini, quibus os abluatur: dummodo nō traiciantur in magna quantitate, sed permixtæ saluæ, quod vitari non potest. Aliud autem est ieiunium ecclesie, quod instituitur ad carnis macerationem: & tale ieiunium per prædicta non impeditur, quia prædicta non multum nutriunt, sed magis ad alterandum sumuntur.

AD QVINTVM dicendum, q̄ cum dicitur, q̄ hoc sacramentū prius, quam alij cibi, debet in os Christiani intrare, nō est intelligendū absolute respectu totius temporis: alioquin qui semel comedisset vel bibisset, numquam posset postea hoc sacramentum

accipere, sed est intelligendum quantum ad eundē diem, & licet principij diei, secundum diuersos, diuersimode sumatur: nam quidam a meridie, quidā ab occasu, quidā a media nocte, quidam ab ortu solis, diē incipiunt: ecclesia tamen romana diē a media nocte incipit, & ideo si post mediam noctē aliquis sumperit aliquid per modū cibi vel potus, nō potest eadem die hoc sumere sacramentum: potest vero, si ante mediam noctē: nec refert vtrum post cibum vel potum assumptum dormierit, aut etiam digestus sit, quantum ad rationem præcepti: refert autem quantum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines propter infomnietatem vel indigestionem, ex quibus si mens munitur perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem huius sacramenti.

AD SEXTVM dicendū, q̄ maxima deuotio requiritur in ipsa sumptione huius sacramenti: quia tunc percipitur sacramēti effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quam per sequētia: & ideo magis est institutū, q̄ homines ieiunent ante sumptionem huius sacramēti, quam post: debet tamē esse aliqua mora inter sumptionē huius sacramenti, & reliquos cibos. vnde & in missa, oratio gratiarū actionis post communionē dicitur, & communicantes etiam suas priuatas orationes dicunt: secundum tamen antiquos canones statutum fuit a papa Clemēte (vt habetur de cōsecr. dist. 2. *) si mane dominica portio editur, vsque ad sextam ieiunēt ministri qui eam sumperunt: & si 3. vel 4. hora acceperint, ieiunent usque ad vesperū. Antiquitus enim rarius missarum solennia celebrabantur, & cum maiori præparatione: nūc autem, quia oportet frequentius sacra mysteria celebrare, nō potest de facili obseruari, & ideo per contrariam consuetudinem est abrogatum.

ARTICVLVS IX.

¶ *Super Questionis octuagesime Articulum nouum.*
Vtrum non habentes usum rationis, debeant suscipere hoc sacramentum.

¶ *Super Questionis octuagesime Articulum nouum.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod non habentes usum rationis, non debeāt hoc sacramentum suscipere. requiritur enim, quod aliquis ad hoc sacramentum cum deuotione, & præcedente sui examinatione accedat secundum illud primā Corin. 11. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: sed hoc nō potest esse in his, qui carent vsu rationis, ergo nō debet eis hoc sacramentum dari. ¶ 1. Præterea. Inter alios qui carent vsu rationis, sunt etiam arrepiij, qui energumēni dicuntur: sed tales etiam ab inspectione huius sacramenti arcentur, secundum Dionys. * in lib. ecclesiast. hierar. ergo carentibus vsu rationis, hoc sacramentum dari non debet.

¶ *Nar. 9. in responsione ad ultimum, aduertit circa communionem puerorum & puellarum, 5. q. 1. & 4. cum ad annos discretionis penuerint, iuxta c. vtriusque sexus, quod iudicium de initio discretionis debet a parentibus & confessore fieri. A parentibus quidem, quoniam continua conuersatione experitur, an filius seu filia discernere sciat panem spirituales a materiali, & cum deuotione preparare se ad sacramentum. A confessore uero: quoniam in ipsa confessione potest aduertere quantum discretionis aut deuotionis possit inelle.*

¶ *2. Præterea. Inter alios carentes vsu rationis, maxime pueri ui-*

¶ *Et uidetur nimia cautela adhiberi a parentibus non exponentibus puellas decem annorū ad*